suorum lachrymas, ac factum esse ut
haec tristicia vertatur in gaudium. Ante
paucos dies domi meae decessit ex hac
vita cariss. pater meus, quem paulo
ante ad me receperam, qui esset
gravis annis et hac vita non admodum
frui [illegible], tamen optabam aliquandiu
vivere apud me superstitem. Sed deo aliter
est visum. In sua familia me solum
cum sorore reliquit, praeter nepotes aliquot
et unum atque alterum nepotem. Sed haec de
communibus casibus. Reliqua apud nos
dei beneficio recte sunt. De Osiandro
nuper oblitus eram tibi respondere.
valde mirati sumus homini sano
spiritu doctrina et in tali professione, quidque
eiusmodi in mentem venire potuisse. D.
Philippus potius volebat et ita eum prorsus
silentio obrui, quam illum aliqua expostu-
latione magis irritari, itaque huius consilio
literas tibi non remisi. Spero iam [illegible]
illum quasi [illegible] [illegible], [illegible]
qui velut grandia solum laborasse videtur,
[illegible] vesania esse, postquam illum sum fortius
vicinus vidit, quo tibi vehementer placet.

sed valde velim illum, ut ingenio et
eruditione valet, aliquid proferre veris
ac solidis rationibus. mixtum et erudite
extructum ex illis artibus. Quorum periti et rela-
tum, sicut de chronologia ostendit. Lutherus
iam etiam sua chronica sub incudem revocat,
et in supputationibus ad exactam rationem,
quantum fieri potest, continuandis multum operae
sumit. In postillis suis edendis video te
bonam et utilem Ecclesiae operam navasse,
quemadmodum et multos et aliorum tua lectione
sum. Scio te non requirere, ut in os a nobis
praediceris. sed tamen deo gratiae agendae sunt
tua pro his donis quibus te ornavit ad Ecclesiae
utilitatem. De Rüsselbergerum quod mea causa
[illegible] admisisti, habeo gratiam. Coniugi
tuae honestiss. bene precor, et te opto feli-
citer valere. Vuittebergae die octava Iuly
1544.

Caspar Cr. T.